



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

LXXIX. Ampliatio Constitutionis à Clem. Octauo contra non promotos ad  
sacrum Presbyteratus ordinem, sacramentales confessiones audientes,  
aut Missa[m] celebrantes, Curiae saeculari praeuia ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

tis, eandem prorsus fidem haberi, quæ hisce præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Decembris 1601. Pontif. nostri Anno Decimo.

D.P.A. 10.  
1. Decemb.

*Anno à Natiuitate Domini 1601. Indi-  
ctione 14. die vero 5. mensis Decembr.  
Pontif. Sanctiss. in Christo Patris, &  
D.N.D. Clementis diuina prouidentia  
Papæ Octavi, Anno eius X. Supradicta  
Constitutio fuit affixa ad valvas San-  
eti Ioannis Lateranen. & Principis  
Apostolorum de Urbe Basilicarum, &  
in acie Campi Floræ, ut moris est, per  
me Hieronymum Lutium Sanctiss. D.  
N. Papæ Curs.*

## L X X I X.

Ampliatio Constitutionis à Clem. Octa-  
uo contra non promotos ad sacrum  
Presbyteratus ordinem, sacramenta-  
les confessiones audientes, aut Missā  
celebrantes, Curiæ sacerulari prævia  
degradatione tradendos editæ, ad om-  
nes etiam minores vigintiquinque  
annis, dummodo vigesimum ætatis  
annum compleuerint.

VR-

Edita A. D.  
1627.

V R B A N V S P A P A V I I I .  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

**E**xordium.

**A** Postolatus officium cui meritis li-  
cet imparibus, disponente Deo,  
præsidemus, à Nobis postulat, vt quan-  
tum Nobis ex alto conceditur, delin-  
quēdi fiduciam compescamus, in ijs præ-  
fertim, quorum eò sacrilega processit au-  
dacia, vt se beneficio minoris ætatis, spre-  
tis Apostolicis constitutionib., confoueāt  
in delictis, quorum statutis pœnis se id-  
circo iactant minimè subiacere.

**Clemēs VIII**  
edidit Const.  
81. sup. p. 45,

**S. I.** Alias siquidem à felicis recorda-  
tionis Clemente Papa VIII. prædecesso-  
re nostro emanarunt litteræ tenoris sub-  
sequentis, videlicet Clemens Papa VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam. Etsi aliás  
felicis recordationis Paulus Quartus, vt  
supra pag. 39.

Nonnulli nō  
minore æta-  
tem pœnas  
in d. Conſit.  
inflictas, par-  
ui pendunt.

**S. 2.** Cum itaque sicut accepimus, nō-  
nulli priuilegio minoris ætatis nimis te-  
merè confisi, & legum indulgentia freti,  
pœnas à d. Clementis prædecessoris con-  
stitutione in huiusmodi delinquentes fla-  
tutas paruipendere præsumant.

Quare Pont.  
declarat æta-  
ti 25. annis  
non excusa-  
ri, dummodo  
20. annum  
cōpleuerint.

**S. 3.** Nos detestantes, & quantum in  
Nobis est, cohibere volentes impiam, &  
nefariam horum temeritatem, qui atro-  
cissimo hoc scelere Catholicam verita-  
tem,

tem, quæ solos Presbyteros dictorum  
Sacramentorum ministros esse docuit,  
facto impugnant, negotio huiusmodi in  
Congregatione Venerabilium Fratrum  
nostrorum Sæcta Romanae Ecclesiæ Car-  
dinalium generalium Inquisitorum co-  
ram Nobis habita, mature discussso, in-  
hærentes constitutioni prædictæ, alijsq.  
decretis per fel. recordat. Paulum IV. &  
Sixtum V. Romanos prædecessores no-  
stros contra similia perpetrantes editis,  
ea q. etiam ad effectum prædictum matu-  
ra deliberatione, deque Apostolicæ po-  
tentatis plenitudine ampliantes, & ex-  
tendentes; hac nostra perpetuo valitura  
constitutione statuimus, & decernimus,  
ut de cætero perpetuis futuris tempori-  
bus, qui imposterum ad sacrum Presby-  
teratus Ordinem non promotus Missam  
celebrare, aut sacramentalem confessio-  
nem audire præsumperit, ætate minoris  
annis vigintiquinque nō excusetur, quo-  
minus eidem Clementis constitutioni  
subjiciatur, dummodo vigesimum suæ  
ætatis annum compleuerit.

¶.4. Ipseque non promotus sic delin-  
quens, nulla habita consideratione præ-  
fatæ minoris ætatis, siue Laicus, siue Cle-  
ricus sacerdotalis, aut cuiusvis Ordinis, Cö-  
gregationis, Societatis, etiam de necef-  
itate exprimendæ regularis, aut cuiusvis

Sicq. delin-  
quentes Re-  
gulares Cö-  
riæ sacerdotali  
plectendos  
tradi mādat.

alterius instituti, etiā quantumvis exempli, & priuilegiati, Nobisq. & Apostolicæ Sedi immediate subiecti, necnon Militiarum quarumcumque etiam Sancti Joannis Hierosolymitani fuerit, tradatur Curiæ sacerdotali pœnis debitiss plentulus.

Ita iudicari  
decernit.

¶. 5. Sicque & non aliter per quoscumque sanctæ Inquisitionis Iudices & Inquisitores, etiam generales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quo modolibet spectabit, in virtute sanctæ obedientię districte præcipiendo mandamus, quatenus statutum, decretum, & constitutionem hanc nostram inviolabiliter obseruent, & obseruari faciant.

Contra ijs  
detogat.

¶. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs, etiam generalibus editis, in corpore Iuris clausis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Consuetudinibus, & Priuilegijs, ad fauorem minorum virginum-

tiquinque annis, quomodo libet, & ubi-  
cumque locorum editis, ac alias in ipso-  
rum fauorem facientibus, Apostolica  
etiam confirmatione, ac iuramento, &  
seu quavis firmitate alia roboratis. Qui-  
bus omnibus, & singulis, illorum ten-  
præsentibus pro sufficienter expressis, &  
ad verbum insertis habentes, speciali-  
ter, & expressè derogamus, cæterisque  
contrarijs quibuscumque.

§.7. Volumus autem, harum littera-  
rum publicationem, & affixionem fieri  
iuxta formam in predicta Clementis cō-  
stitutione præscriptam, easque publica-  
tas, & affixas omnes intra Urbem, &  
extra tam citram, quam ultra montes, &  
mare post tempus in ipsa Clementis cō-  
stitutione præfixum arctare, & afficere,  
ac si cuilibet personaliter intimata fuis-  
sent.

§.8. Mandamus pariter, ut earudem  
transumptis etiam impressis, manuque  
Notarij publici subscriptis, et sigillo Of-  
ficij Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel  
alicuius personæ in dignitate Ecclesiæ-  
stica cōstitutæ munitis, eadem, quæ præ-  
sentibus hisce adhiberetur fides, adhi-  
beatur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum  
sub Annulo Piscatoris, die xxij. Martij <sup>D.P.A. 5. die  
23 Martij.</sup>  
1628. Pontificatus Nostri anno quinto.

Anno

Hanc Conf.  
iuxta formam  
Clem.v. pu-  
blicari præ-  
cipit.

Transumptis  
fidem iubet.

*Anno à Natiuit. Domini Nostri IESU  
Christi Millesimo sexcentesimo vigesi-  
mo octauo, Indictione undecima, die  
vero decima Septembris, Pontificatus  
in Christo Patris, & D.N.D. Urbani  
diuina prouidentia Papæ VIII. anno  
eius sexto, retroscriptæ Litteræ Aposto-  
licæ affixa, & publicatæ fuerūt ad val-  
uas Basilicarum Sancti Ioannis Late-  
ranen. et Principis Apostolorum de Ur-  
be, & in acie Cäpi Flora, dimissis præ-  
sentibus litteris per aliquatum tempore  
spatium, ut moris est, affixa, ac  
deinde amotis, postea earumdem exem-  
pla etiam impressa, & affixa relictæ  
fuerunt per nos Franciscum Pignocca-  
tum, & Camillum Fundatum S.D.N.  
Papæ Cursores.*

*Brandimartes Latinus S.D.N.Papæ  
Cursor, pro Mag. DD. Cursorum.*

### X V I I.

*Contra exercentes artem Astrologiæ iu-  
diciariæ, & alia quæcumque diuinatio-  
num genera, librosque legentes vel  
renentes.*